



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

1. De Euangeliō Dominicæ: De abominatione desolationis. Matt. 24.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

Dominica XXV. Post Trinitatem. 25. hebd.
post
Trinit.

De abominatione desolationis.

Matt. 24.

I.

I. I^Eesus interrogatus à discipulis : quod signum aduentus tui & consummatio-
nis sacerdotii? Respondit: cum videritis abomi-
nationem desolationisstantem in loco san-
cto, qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudea
sunt fugiant ad montes: & qui in tecto, non
descendat tollere aliquid de domo sua, &
qui in agro, non reuertatur tollere tunicā
suam. Paternè præmonet quid ingru-
ente miserabili deuastatione Hiero-
solymitana, & horrenda Antichristi
sub finem mundi persecutio-
ne, imò
quauis graui Ecclesiæ aut priuata af-
flictione fidelibus sit faciendū. 1. Fu-
giendum esse ad montes, id est, ad di-
uinum præsidium exposendum seria
pœnitentia, oratione, ieunio, alijsque
pijs exercitijs. 2. Non descendendum
de tecto, id est, abiiciendam superfluā
& inordinatam sollicitudinem tem-
poralium, & inhærendum contempla-
tioni

minum
entium
ad cla-
neces-
attulit
z quam
ra pios
osorum
diuinæ
arcana
inis.
ambu-
gionem
dicitur
scipulu
furori
s à Pa-
tatem
mque
, &
s acti-
mpas-
eruos

45.
46.
omis-

tioni & desiderio æternorum. 3. In agro, id est, messe Domini colligenda, vineaque cuique affigata excolehd persistendum, conando quotquot potest errantes conuertere, vacillantes confirmare, stantes conseruare, si sic contra imminentes tribulationum procellas luctaremur, quam preciosos ex illis fructus reportaremus! Fiducia, magnanimitas, & constans zelus propriæ alienæque perfectionis in tribulatione.

II. *V& pragmanticibus & nutrientibus illi diebus!* Orate autem ne fiat fuga urstra in hyeme vel sabbatho, erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit, negat. Prædicat atrocitatem persecutionis repente ingruentis, ut vix fugæ locus, maximè in imbecillioribus, sit furvus, ac proinde cauendum fidelibus monet, ne in fide & omnimoda perfectione parum solidatos, imparatos præoccupet. Præmuniendus ergo erit animus, ad imminentes omnis generis tribulationes, per assiduum studium in feruore spiritus & solidis virtutibus semper proficiendi, per serium conatum frigus tepiditatis excutiendi, horrorem difficultatis superandi, desiderium otiositatis eliminandi. Tepiditatis

Pars quarta.

919

peditatis fuga & detestatio, Feruoris,
spiritus crebra renouatio.

H I. *Tunc si quis vobis dixerit, Ecce
hic est Christus aut illic, nolite credere.*
præmunit eosdem fideles contra va-
rios seductores, quales fuere tempore
excidij Hierosolymitanorum, eruntque
tempore Antichristi, nec modò de-
sunt toti hæretici & falsi Christiani,
qui doctrina & vita peruersa incautos
in varios inducere conantur eiros.
Horum omnes doli eludendi, crebra
recordatione extremi imminentis
iudicij, & tam paternæ præmonitio-
nis filij Dei in stat fulguris repente ad
horrendum illud iudicium venturi.
Constantia in vera fide & sincera pie-
tate contra omnes seductorum insi-
dias colenda, & propugnanda.

De cœna in Bethania. Ioh. 2.

I. *Esum ante sex dies pasche in Bethaniam.*
cœna exceptu: est à Lazaro, Magdale-
na & Martha, in qua Magdalena iterum
vnxit pedes & caput Domini recumbentis.
O quali affectu reuerentiæ, humilita-
tis, gratitudinis, amoris, oblationis
sui cum Christo & discipulis, Lazarus
recens resuscitatus recumbebat, Mar-
tha ministrabat, Maria more suo pe-
des eius lauabat, capillis tergebat, vn-
guento

II.